

Quoniam servire deo regnare est: cuius servicio nos operam dare oportet. quati-
nus ei serviendo inherentes. ubi et ipse perpetuo regnat nos et regnare
concedat. Quapropter Raimundus Berengarii dei gratia barchinonensium
comes et provincialium marchio una cum uxore mea dulcia. Sancte marie
antipolitane sedis ecclesie destructioni que propter sarracenorum incursionem
evenerat compacientes: ut de tam gravi ruina nostre donationis auxilio ipsa
ecclesia relevaretur. Mainfredo eiusdem ecclesie episcopo misericorditer adqui-
evimus. Donacionis itaque titulo predicte sedis ecclesie et iam nominato episcopo. eiusque
successoribus atque canonicis ibidem simul degentibus perpetue stabilitatis
tenore laudamus atque concedimus. ut ubicumque in episcopatu antipolitano vel extra
adquirere poterint salvo iure nostro adquirant et pleno dominio nostra con-
cessione possideant in eternum. Preterea donamus atque laudamus omne dominium quod Rotlan-
dus et Poncius et Rostagnus et dalmacius habuerunt in castro quod dicitur auribel. cum omnibus ad ipsum castrum
pertinentibus: ut predicta ecclesia in omnibus et per omnia sine omnium adversariorum inquietudine
libere possideret. Precibus quoque prefati episcopi assencientes. donavimus predicte sedis ecclesie dominium
omne quod Rotlandus aliique predicti coheredes habuerunt in omni antipolitano episcopatu. sive in
terris cultis et incultis. sive in rumeis. sive in nemoribus. sive in venationibus. sive in pratis. sive
... sive in aquarum decursibus. sive in molendinis factis. sive faciendis. sive in quibus-
... ditibus; ad eorum dominium pertinentibus; ut totum quod eorum dominio subiacebat. de cetero antipo-
litane ... domini ... suorumque canonicorum subiciendo deserviret. Ad hec vero antipoli-
tane ecclesie necessi... providentes. omne dominium illius honoris cum suis appendiciis quem Guil-
lelmus grueta crasse habuit ipsi ecclesie eo tenore donavimus et donando laudavimus.
ut quicum... pa... honoris predicti guillelmi possessor extiteret. sub
... ecclesie ... ecclesie et episcopi suorumque canonicorum se possessorem esse fideliter
... quis ecclesie dei adversarius hanc donationem irrumpere temptaverit.
... digne ... debite dampnationis sentenciam incurrat. insuper et libram auri op-
... antipolitane sedis ecclesie persolvat. Facta est carta ista anno ab incarnatione domini
... xxv. luna ii. Indicione iii.

S+ RAIMUNDI COMES: S+ DULCIE UXORIS COMITIS

Giraldus poncii isle. testis. huius laudationis. Guilelmus de bolbo testis. Bertrannus de
cavallun. tes. Gaufridus uiceromes. tes. Gaufridus de reilana. tes. Raimundus gau-
fridi. tes. Raimundus de dalfino. testis.

Signum poncii qui ex precepto RAIMUNDI COMITIS. ET DULCIE COMITIS
... SCRIPSIT

5.1 Confirmation de possession et donation par Raimond Bérenger Ier, marquis de Provence, à l’évêque d’Antibes Mainfroi, 1125. AD06, G5